

Band VII., Nr. 2154, Seite 95-96

Graf Ulrich von Berg bestätigt unter beigefügten Bedingungen die durch den Altammann Heinrich von Ehingen geschehene Überlassung eines Hauses in Ehingen an das Kloster Salem.

Ohne Ortsangabe, 1270. Mai 13.

Ulricus dei gratia comes de Berge omnibus presentem paginam inspecturis salutem et notitiam rei geste. Noveritis singuli et universi, quod cum Hainricus antiquus minister de Ehingin dilectus et familiaris patris mei et meus domum suam in Ehingin, in qua tenet domicilium, et omnia domui attinentia infra septes curie in remedium anime sue et uxoris necnon progenitorum ipsorum et insuper titulo emptionis pro X marcis argenti domino abbati et conventui de Salem nomine monasterii donare proposuerit cum omni iure, quo ipse possedit, perpetuo possidendum mihi supplicans affectuose, ut sue donationi prefate pium prestare vellem assensum intuitu dei precipue et sui servitii et amoris, ego deliberatione prehabita in hiis et aliis, quibus petierit, ipsum^a semper cupiens exaudire gratam et ratam prefatam donationem et eo modo, sicut prescriptum est, presentibus confiteor me habere, hiis tamen condicionibus interiectis, quod licet dominus abbas et conventus predicti de prefata curia et de attinentiis curie mihi et civitati mee in Ehingin ad nulla servitia sint astricti, tamen quicumque locabitur in prefata domo et curia, ad vigiliis et custodias civitatis et ad danda stipendia et ad omnia servitia, que alii burgenses sine omni dolo et fraude consueverunt facere vel quocumque modo faciunt, sit astrictus, ita quod dominus abbas prefatus vel aliquis loco sui vel monasterii non debeant movere aliquam querimoniam contra me vel contra civitatem prefatam coram aliquo iudice ecclesiastico vel seculari. Preterea dominus abbas prefati monasterii vel aliquis loco et nomine monasterii numquam preter expressum meum consensum vel heredum meorum in prefata civitate mea Ehingin vel in vicinis villis meis debet aliquas possessiones plures emere vel per^b concambium vel gratis recipere, set si aliquas plures emerit possessiones vel per concambium vel gratis vel aliquo titulo receperit, ipse infra annum proximo sequentem debet et tenetur civibus in Ehingin illas possessiones vendere vel gratis dare, quod si ipse non fecerit, ego anno elapso circumscripta omni questione illas possessiones tamquam meas in usus proprios vendicare possum et debeo ex predicto pacto. Testes omnium et singulorum predictorum mei et domini abbatis et conventus communes

^aDas Wort *ipsum* hineinkorrigiert.

^bDas Wort *per* hier und im Folgenden hineinkorrigiert.

II

sunt: dominus Swiggerus senior de Gundilvingin, dominus Waltherus de Stagedun¹, Cūnradus advocatus de Berge filius domini Hainri[ci], Hainricus de Shælclingin, dominus cellerarius de Salem, frater Walterus de Tiufinhulwe, Cunradus Burrarius^c in Curia et alii quam plures. In quorum omnium efficax testimonium presentem paginam communem utrique parti domino abbati et conventui prefatis tradidi sigilli mei et domini abbatis munimine roboratam.

 Datum anno domini MCCLXX., in tertia feria ante festum rogationum, indictione XIII.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Zwei Siegel: 1) Das Siegel des Grafen Ulrich von Berg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2007 (WUB, Bd. VI, S. 400), von der Umschrift + SIGIL . . . LRICI . COM . . . De BERGE erhalten. 2) Das Siegel des Abts von Salem aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1283 (WUB, Bd. V, S. 47).

^cZwar ist dieses Wort in der Urkunde mit kleinem Anfangsbuchstaben geschrieben, allein der Zeuge ist wohl dieselbe Person wie der in der unten folgenden Urkunde vom 21. Juli 1271 genannte: *dictus Biurrer*, und so möchte es sich auch hier um einen Namen handeln, zumal da in der Urkunde, wie sonst häufig, auch bei zweifellosen Namen kleine Anfangsbuchstaben geschrieben sind. Dasselbe hätte dann auch schon für Urkunde Nr. 1701 (WUB, Bd. VI, S. 100) zu gelten.

¹Oberstadion.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 135 U 59

Überlieferung und Textkritik:

Original. Deutsche Übersetzung: HStA Stuttgart A 135 Bü 17.

Regesten:

Regesten Grafen von Berg, S. 30, Nr. 129.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Berg Wohnplatz (16762)
 Berg, Ehingen (Donau), UL
 Ehingen (Donau) Wohnplatz (16771)
 Ehingen (Donau), UL
 Gundelfingen Wohnplatz (15913)
 Gundelfingen, Münsingen, RT
 Oberstadion Wohnplatz (16913)
 Oberstadion, UL
 Schelklingen Wohnplatz (16943)
 Schelklingen, UL
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Tiefenhülen Wohnplatz (16795)
 Tiefenhülen, Ehingen (Donau), UL